semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare Juri parere vadium statuere Insertioni huic satisfacere, ac omne Judicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eaq omnia inscribit et obligat praesenti. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causis eius praesentis Terminos semper peremptorios, vera infirmitate Proclamationis minorennitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta, ad exercitum, vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officij praesentis Castrensis Premisliensis Terminos dilationem sibi non reservando, nullasq motiones Appellationes ac earundem prosequtiones faciendo, praemissa omnia admissis fficialibus, vel triplicatis Quaestionibus suspensionibus fatalys Juris praescriptione Terrarum bello Convocationeq, ac alys Juris remedys et defensis non subterfugiendo, nec quovis alio modo evadendo, Hac sua praesenti Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Quinta pridie Festi Sanctae Mariae Magdalenae Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo.

21/VII

Gorskich Mutua Advitalitas.

1220 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Generosi Adamus Joannes de Przyborowie Gorski, Camerarius Terrestris Premisliensis

olim Generosi

olim Gnosi Joannis de eadem Przyborowie Gorski Cum Generosa olim Catherina de Zurowiczki procreatus filius ab Una et Marianna de Koziegłowy olim Gnosi Nicolai de eadem Koziegłowy Giebułtowski cum Gnosa olim Zophia de Boguszyce procreata filia praeabitera Coniuges Sponte Cum consensu mariti sui Uti Tutoris Conjugalis ... assistentia Sanimentibus et corporibus existentes ad Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis ... et Competentibus recedendo praesens vero Castrensi Capitanealis Premisliensis Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet secum Successoribq ac bonis suis ... totaliter et plenarie in corroborando atq subijciendo palam libere publice ac ... recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo interesse recognovit. Quia ipse et quidem Maritus inter super tota et integra proprietate bonorum Villae Kramarzowka sui Recognoscentis haereditariorum in Palatinatu Russiae Terra vero Premisliensi consistens, Consors vero omnium generaliter bonorum suorum mobilium et immobilium haereditariorum et obligatoriorum Summarumq pecuniariarum quarumvis Nec non Auri Argenti Clenodiorum, Unionum, Margarietharum, Vestium, Vestimentorum, tum Stanni, Aris, Cupri, Orichalci pecorum pecudum Equorum Equiream ac totius Supellectilis Domesticae, in quacunq forma et Materia existens nunc habitis et in post habens mutua aequivalitatem et usum fructum ad extrema vitae ... usq eorum tempora tantum modo et non ultra inscripserunt, Concesserunt, et assignaverunt prout inscribunt Concedunt et assignant praesens tali dictitiet modo et Conditione quod si prius praefatum Gnosum Adamum Joannem de Przyborowie Gorski maritum, quam ipsam Generosam

101b 20

sam Marianam de Koziegłowy Consortem ipsi mori et de hac Luce decedere contigerit, ex tunc eadem Gnosa Marianna de Koziegłowy Consors sua bona suprascripta totam et integram medietatem Bonorum Villae Kramarzowka Cum omni eorundem Dominio et proprietate Competentiaq et praerogativa gravis, omnibusq et Singulis eorundem Utilitatibus et Usufructibus, tenebit habebit et possidebit illisq quiete et pacifice Usufruetur ad extrema Duntaxat Vitae suae tempora. Postfata Vero praefatae Generosae Conjugis ex tunc praedicta bona omnia # sine quovis impedimento, et Contradictione Successorum praedictae Conjugis suae totaliter et plenarie devolventur. Similiter quoq si prius praefatam Generosam Mariannam de Koziegłowy Conthoralem suam quam ipsum Generosum Adamum Joannem Gorski maritum suum mori Contigerit ex tunc idem maritus bona suprascripta generaliter omnia morte praedictae Conjugis suae relinquenda Cum omni Iure Dominio proprietate tenebit habebit et possidebit illisq quiete et pacifice ad extrema duntaxat Vitae suae tempora Usufruetur post mortem Vero et de hac Luce decessum eiusdem Mariti sui ex tunc bona suprascripta morte eiusd Conjugis derelinquenda ad Successores suos sine quovis impedimento et Contradictione Successorum Mariti sui totaliter et plenarie devolventur. Hic suis praesentibus personaliter Recognitionibus ad praemissa mediantibus.

ad Successores mariti sui

Łaczynski